Haeretica gentes suecus iussere venire.
Paupertas, aras et templa coegit adire.
Multis pressa malis urbs norica (2) suasit abire,
Sed Pappenheimius (3) mortem monstravit obire.
Hic Rex Suecus venit, adivit, abivit, obivit.

1) *Gemeint ist der schwedische König G u s t a v II. A d o l f. Das ganze Gedicht ist in Zusammenhang mit dem Dreissigjährigen Krieg, und hier konkret mit den Auseinandersetzungen zwischen Schweden und Oesterreich bzw. dem Kaiser F e r d i n a n d II. zu sehen.*
2) *Damit muss München gemeint sein, das der schwedische König 1632 einnahm.*
3) *Gemeint Oberstfeldwachtmeister Gottfried Heinrich, Graf von P a p p e n h e i m, der im gleichen Alter wie der Schwedenkönig in der Schlacht bei Lützen 1632 ums Leben kam.*

Von der gleichen Hand wie AH 72/178 - AH 72, 406

179 A

[ca. 1630]

"ALIA CARMINA"

Vita quid est hominis? flos umbraq fumus et arista.
Illa malis longa est, illa bonis brevis est.

Fronte capillata post est occasio calva.
Quam si perdideris, perdita cuncta salus.

Hic mulitor dives aliorum symbola solvit
Ut magis accipiat, donet et ipse parum.

V
42.1

O ergo miseru, retrogradumq Deum.
Ergo ~~deus~~ et fal vester, deus ipse mens decidit? adquid
Oratis, si sic uenitis asque Deo.
Plorant Unistæ, quia nunc emortuus iste
Qui suecorū rex ① atq protector erat.
spes figuræq sui erat.

Currere per glacies didicit Rex suecus, et una,
Hora sex leucis, longius iret iter.
At ii cum per campos glaciales esset eundum,
Vellet et elati, dexteritate pari.
Ah cecidit, fregit, glacieq caputq pedesq
Causa est quod prædæ pluribus onus erat.

Aut nihil, aut Cæsar, sic dicere suece, solebas.
Sed non es Cæsar, Suece? quid ergo? nihil.

Rex suecus scitans de belli fine putabat,
Quæsitu uate, dicere, Cæsar eris.
Sed deceptus erat, si mens inuenta fuisset,
Audisset uate, dicere Cæsar eris.

Quem nunc imperiu, rex suece iubebis adire,
Jam Cæsar sine te Cæsare, nullus erit.
At deus es retro, si Cæsar retro manebis.
Et Cæsar sine te Cæsare, Cæsar erit.

Quid cupis? hospitium; concedo nam tibi nummi,
Non: igitur pergas, quas cupis ire uias.

Omnis amans amens, amor est insania, sano
Insanit certe pectore, quisquis amat.

Femina nulla bona est, aut si bona contigit ulli
Nescio quo fato, res mala facta bona est.

Bacchi uacuus domos adidis,
Sed sic non uacuus foris redibis.

Von der gleichen Hand wie AH 72/179 - AH 72, 406[v]-407[r]

179 B

[v. 1629] A

GEDICHT ZUM GEBURTSTAG[1] KONRADS III. ZURLAUBEN

Qui

C Consilio calamo, Tugiensi prouidet aulae.
O Ore fouet trino. Fisci clauesq[ue] potentis
N Non sine fide gerit, lectus populiq[ue] domandi
R Rector, uirtutum, musarum fidus amicus.
A